



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

110. Subditus delinquens in loco exempto, an puniri à suo Ordinario possit
secundùm ejus statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

quin de delicto eo in loco commisso, cognoscere, & etiam delinquentem punire possit. *Abb. d. c. cum contingat n. 15. Ioan. Gausfredus, seu Collect. ibidem vers. sed quid si. Sed ita demum, si in delinquentem manus iniecerit, nam si delinquens ibi non inveniatur, jurisdictionem in personam delinquentis non habebit, Abb. d. c. cum contingat. n. 6. vers. si autem ibi non inveniatur c. fin. de foro comp. cap. Pastoralis de re iudicata.*

Confermo, quia locus exemptus largo modo, & improprie constituit territorium de per se *Gemin. c. 2. n. 19. de const. in 6. Rot. novissima dec. 117 p. 2. Roland. cons. 33. p. 3. ad o. quidem, ut qui ejusmodi loco praest foraneos in eo delinquentes punire possit, Collet. 10. Andr. Host. d. c. cum contingat. Quid autem si praelato loci exempti sim- plex notio, aut iurisdictione competat. Certè punire delinquentem non poterit, Abb. d. c. cum contingat n. 15. quia ab hac jurisdictionis specie ad aliam, quae maioris est pon- deris inferri non potest, Fel. d. c. quod sedem n. 3. & 4. nam nec commissa causa cogni- tione, executio commissa esse censetur, Apost. ad Fel. c. sane n. 2. de offic. deleg. Gail- li. 1. de ser. c. n. 52. Abb. c. cum ab Eccles. n. 4. de offic. ord. imo neque decisio, Abb. c. dilecto n. 1. de offic. Archid. & dic. c. cum ab Eccles. n. 4. nec idem ejusmodi iurisdictione ei vana erit, aut inutilis, iurisdictione enim, quae competit sine coertione, Abb. d. n. 15. pro executione aut iustitiae complemento recursum habere potest ad ordinarium delinquentis, Abb. d. n. 15. per iuris subsidium, vel ut alii dicunt, mutui compassus, una enim iurisdictione debet per aliam adjuvari, quae de re suo loco tractavimus, & etiam de imploratione ordinarii, vel etiam cum opus est brachii secularis, non pauca traduntur à Felino ca. significasti, de offic. ord. Abb. c. postulasi de foro comp.*

QVAESTIO CX.

Subditus delinquens in loco exempto an puniri à suo ordinario possit secundum ejus statuta.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Subditi de delicto extra territorium com-
misso non tenentur. | 5. Laicus in ecclesia delinquens punitur à
iudice laico. |
| 2. Excommunicationis sententia non ligat
subditum extra territorium existentem. | 6. Sententia particulari excommunicatio-
nis ferri potest in absentem. |
| 3. Civi extra civitatem delinquens punitur
pena statuta. | 7. Homicidium in loco exempto commissum,
punitur pena statutaria. |
| 4. Ecclesia non est de territorio iudicii laici. | |

DE homicidio in loco exempto commisso per civem Leodiensem, an is teneatur pena statuta civitatis Leod, quae dicitur transmarina. Et

Fff 2

Et hæc quæstio pugnantes habet sententias, uti videre est apud Philippum Francicum in cap. 2. statuto, num. 14. de consir. in 6. & latius apud Petrum de Ancharano, cap. postulasti numer. 26. 44. & sequen. de foro compet. Barth. Baldum & alios doctores in l. 2. C. de summatrinitate.

Pro parte negante, adfertur primò, quod subditi de delictis extra territorium commissis non tenentur coram suo ordinario respondere cap. ut animarum §. 1. de consir. in 6. Anchar. d. cap. postulasti num. 26. dispositio enim statuaria extra territorium statutum non extenditur DD. d. l. 1.

Secundò, statutum disponens super argumento vel diminutione pœnæ quoad delictum de iure communi prohibitum, videtur tantum disponere super qualitate, quæ facilius mutatur quam substantia delicti. in delictu §. si decreta ff. de nozalibus. Sed cum disponit de subiecto delicti, hoc est ut sit delictum, id quod iure communi pro delicto non habetur, videtur disponere de substantia delicti, quod extra territorium non porrigitur Petr. de Anchar. d. n. 16.

2 Tertiò, sententia excommunicationis non ligat subditum extra dioccesim delinquentem lex. cap. 2. §. statuto de consir. in 6. Ioan. Andr. & DD. ibid. extra enim territorium jus dicenti impuæ non paretur d. c. 2. §. extra.

At verò pro affirmante sententia, stant etiam, ut aiunt, amentatæ hæc.

3 Prima, civis extra civitatem seu territorium delinquens, punitur pœna statuti, l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. l. mercatores C. de commercijs.

4 Secunda, loca exempta dicuntur esse in diocesi, imò de diocesi ut præcedente quæstione diximus, proinde subditi in loco exempto delinquens, statuti ordinarij sui ligari debet Anchar. d. c. postulasti n. 14. æquiparatio enim loci exempti & extranei hoc in casu non procedit. Tertiò, Ecclesia non est de territorio iudicis laici Franc. d. §. statuto, n. 14. & tamen laicus in Ecclesia delinquens punitur per iudicem sæcularem l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Clericis Franc. dict. n. 14. Auth. si quis C. de adulter. Barthol. d. l. 1. num. 47. vers. prætere a si aliquis.

5 Quarta, sententia excommunicat particularis ferri potest contra absentem in alieno territorio existentem Franc. d. c. statuto, n. 12. c. cum sit de appel. ubi DD. c. à nobis de sent. excom. longè magis adversus subditum in loco exempto existentem, sunt enim loca exempta in diocesi constituta c. grave ubi DD. de offic. ord.

Quid autem in hoc opinionum conflictu dicendum sit, dilucide distinxit Bartholus d. l. 1. n. 48. C. de summatrini.

Ex cuius teoria decidi poterit quæstio, quæ usu venire potest in homicidio commisso per subditum ordinarij in loco exempto, nū ultra pœnā ordinariam legis Corneliæ de Sicariis, teneatur ad extraordinariam illam & statuariam, quæ est in civitate Leodiensi, & banna illius Leucali, videlicet vojagium transmarinum corporaliter peragendum, ita quod si homicida repetiatur in civitate Leodiensi, vel banna illius

Illius leucali & ibi apprehendatur, antequam legitimam probationem de Innocentia, & inculcata tutela docuerit, debeat mori, seu decapitari, etiamsi post capturam paratus esse docere de defensione inculcatae tutelae. De qua statutaria poena cognoscitur regimentum civitatis, quod constat ex Consulibus, sexaginta quatuor iuratis, & quatuordecim scabinis coram quibus homicida sese purgare debet. De ordinata vero poena, ordinarii homicidæ, sunt Scabini inter laicos, officialis inter clericos.

Certe, dicendum est homicidam hoc in casu teneri ad prædictam poenam extraordinariam, videlicet voia gium transmarinum, ratio est, quia statutum disponit de homicidio commisso in civitate Francica, & Banna leucali, porro hæc tenus sæpe probatum est, hoc lib. q. 103. loca exempta sita in diocesi, vel quod perinde est in civitate Francica & Banna leucali, dictio enim illa in solet esse inclusiva Alciat. l. si quis dixerit ff. de verb. sig. Tirag. de retrast. consang. § 1. glo. 11. n. 74. Proinde, non refragatur argumentum a loco exempto, ad locum extra territorium, illi enim hæc tenus aliquoties respondimus, d. q. 103. Similiter quoque nec argumentum a persona ad locum de quo præles in locis loco a persona ad locum. Non enim sequitur, exemptus committens homicidium in diocesi non punitur poena hæc extraordinaria, ergo neque subditus committens homicidium in loco exempto, obstat enim diversitas rationis, quo casu argumentatio hæc non subsistit, ut hæc & alia si opere præcium esset fufius ex doctoribus possent comprobari, latè Alciat. & DD. l. vivum ff. si certum petatur.

QUESTIO CXI.

Judices exemptorum quales habeant censuras, animadversiones, executiones.

SUMMARIUM.

1. Jurisdictio non præsumitur.
2. Qualiter probatur tam ordinaria quam delegata.
3. Decanus & capitulum iurisdictionem pretendens ordinariam in collegiis eam probare debet.
4. Delegata iurisdictione etiam probanda.
5. Censura varia usurpantur, & quid sint.
6. Poena alia corporales alia spirituales.
7. Censura differunt ab animadversione, distributione, severitate, disciplina, poena
8. Jurisdictioni competunt quadam censurae.
9. An autem ius poena vel multa indicenda.
10. Vno commisso omnia commissa censentur sine quibus commissio expediri non potest.
11. Jurisdictio competens sine censuris non ideo est inutilis.
12. Iudices inferiores non habent ius incarcerandi.
13. Incarceratio est meri imperij.
14. Nisi

ff 3